



Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Examen Ordinandorum praecipuè incumbit Vicario in Pontificalibus
generalii, ibid. & num. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

blicavimus, & ne exciderent, memoriam eorum refricavimus. Quò magis in culpâ sunt & acrius reprehendendi, qui toties publicatis statutis & decretis non obtemperant, sibi illud Christi dictum scientes: Servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fecit voluntatem ejus, vapulabit multis. (a) Cujus ut rigorem & pœnas, aliasque censuras Ecclesiasticas evadant, quæ sequuntur, diligenter deinceps observari mandamus.

(a) LUC. 12. 47.

Ordines à quo Episcopo accipiendi.

I. **I**n primis itaque sciant omnes tam ad primam tonsuram, quam Ecclesiasticos Ordines aspirantes, unumquemque à proprio Episcopo ordinari debere, & ab executione ordinis, quem ab alieno Episcopo sine proprii sui Antistitis consensu acceperit, esse suspensus; Vicario autem nostro in Pontificalibus Generali tam ex lege divinâ,

A 3

quādū

quām ex Provincialibus ac Synodalibus Provinciæ ac Diœcesis nostræ Coloniensis statutis potissimum incumbere, ut manus citò nemini imponat, sed a scitis sibi Sacerdotibus & aliis prudentibus viis, divinæ legis ac Sacrorum Canonum peritis atque in Ecclesiasticis functionibus exercitatis, diligenter prius investiget & examinet ordinandorum natales, fidem, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, titulum, cæteraque qualitates in suscipiendis ordinibus requiras, ne si indignos Sacro Ordine initaverit, frat̄ particeps alienorum peccatorum, & scandala quæ consequentur, ipsi adscribantur.

(a) Conc. Trid. sess. 6. de reform. cap. 5. sess. 7. de reform. c. II. sess. 14. de reform. c. 2. & 3. & sess. 23. de reform. c. 3. 8. 10. Statuta Sifridi Archiepiscopi Colón. c. 9. §. item omnes, & c. pag. 44. vidē Fel. rec. Urbani VIII. Constit. 33. Bull. tom. 4. (b) I. Tim. 5. 22. si nullus, c. quando, dist. 24. Conc. Trident. sess. 23. de reform. c. 7. II. & 12. Conc. Provinc.

vinc. Colon. sub Hermanno V. p. I. c. 16.
17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 29. & 30.
& sub Adolpho III. tit. de altero Medio. c.
deinde visum, c. quoniam vero, pag. 431.

Litteræ dimissoriæ à quo impetranda.

II. Quare nemo Civitatis aut Archidiæcesis Nostræ Coloniensis vel secularis, vel Regularis ad primam tonsuram aut aliquem ordinem Ecclesiasticum coram alieno (*a*) Episcopo se præsentet, nisi de speciali Nostrâ, nostrive Vicarii in Pontificalibus Generalis licentia in scriptis obtenta: neque etiam qui alterius Diæcesis est, nostro in Pontificalibus Vicario præsenteretur absque Antistitis sui Diæcesani litteris dimissorialibus, in quibus & ipsius vitæ ac morum probitas, doctrina, cæteræque qualitates ad Ecclesiasticos ordinés suscipiendos necessariæ, commendentur. Litteræ verò dimissoriæ (*b*) ab alio, quiam à proprio Ordinario Diæcesano impetratae, nullius sint roboris seu mo-